

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 6438

**Auteur(s)** : Robert Poulain, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s)** : Guillaume, Gruchet-le-Valasse, Notre-Dame-du-Vœu du Valasse (abbaye, abbé)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1217-1218]

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

R[obert], archevêque de Rouen, notifie l'accord conclu entre l'abbaye Notre-Dame du Vœu et l'abbaye de Bernay au sujet de la chapelle Saint-Marcel.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Du Monstier Arthur, Somménil F., *Chronicon valassense*, truncatum a R. p. Arturo Du Monstier in sua Neustria pia, integrum necnon variis adnotationibus vindicatum ac illustratum de novo edidit F. Somménil, presbyter Rotomagensis, Rouen, Lebrument, 1868, p. 71-73.

b. Avenel Alain, Cahagne Jean-Marie, Follain Éric, Grémois Alexis, Le Maho Jacques, *Le Valasse*, t. 1, L'abbaye cistercienne Notre-Dame du Vœu, XIIe-XVIIIe siècles. Le château, XIXe-XXe siècles, Rouen, Éditions des Falaises, 2009, 1 vol., « La fondation du Valasse racontée par les chartes », n° 13, p. 40 (traduction).

## Dissertation critique

L'abbatiate de Guillaume II, abbé de Bernay (1217-1218).

Texte établi d'après a

R. Dei gracia rothom. archiep. omnibus sancte matris Ecclesie fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Noverint universi quod controversia inter monasterium S. Marie de Voto diu versata, propter contrarietatem cartarum comitis Waleranni quas habent in utroque monasterio, hoc modo terminata est. In excambio capelle S. Marcelli et agrorum contiguorum ad jus monasterii Bernac. pertinentium, Will. abbas et conventus S. Marie de Voto concesserunt, Willelmo abbati et conventui de Bernaco, homines de Grocet, scilicet, Will. Cuisnel, Oin Cuisnel, Gilleb. Gernet, Rob. de Monte, Rob. Wales, Torestanum filium Gerelini, Radulfum filium Will. filii Oin et Johannem ejus cognatum, Letiam uxorem Pignuel et filium Girondi le Caron, cum redditibus illis quos reddebant tunc temporis abbacie Bernaci, quum hec concordia facta est. Insuper addiderunt decem solidos usualis monete in molendino de Grocet ad terminum festi sancti Michael reddendos in perpetuum et ecclesiam de Grocet cum decimis et oblationibus et omnibus aliis pertinentiis suis. Willelm. Vero de Rovill., presbiter ejusdem ecclesie, reddet annuatim duodecim denarios de eadem ecclesia abbacie Bernaci, et cum jam dicta ecclesia vaccaverit, abbas Bernaci jus habeat perpetuum, ex nostra concessione, alium presbiterum substituendi ad commodum sui monasterii. Preterea, pro hac commutatione, habebit Bernaci ecclesia quinque asinos ad mortuum boscum in foresta de Floteneio, ex dono Waleranni comitis Mell., sicut carta ipsius testatur. Predictae vero cartae, per quas orta fuit dissensio, servantur illese propter alia que in eis continentur. Test. his, Ric. abbate de Bello-becco, Walt. abbate de Mortuo-Mari, Rob. abbate de Valle-Richerii, Victore abbate de S. Georgio, Radulf. cancellario

domini regis, magistro Herberto, Rob. Capellano, Roger. de Warvic, Helia de Warvic canonicis rothom. Ut autem hec concordia coram nobis facta in perpetuum stabilis permaneat et inconcussa, eam presenti scripto et sigilli nostri munimine confirmavimus.